

Ait enim, quod Dominus id concessit ex intentione ostensionis miraculi; malitia autem Dæmonis illa subversio facta est, ut ex odio, & mala voluntate sua illud damnus inferrent hominibus. E contra verò, quod mihi est probabilius, id permissum fuisse ex intentione etiam, ut illa immonda animalia intreret in mare, docent Albertus Magnus, Caietan. Et in hac sententia videntur esse, D. Chrysostomus, D. Augustinus, D. Basilius Seleucus, D. Bonaventura, & alij, Et hæc resolutio duabus sequentibus rationibus stabilitur

Alb. Mag. Caietan. August. Chrysol. Bas. Seleu. Bonavent.

Ad quæstionem respondet primò Albertus Magnus. Cum omnis porcos naturaliter sciat natate, non poterant isti tam subito submergi, nisi à Dæmonibus præcipitati. Et in hoc instruit, ac declaravit Dominus ferocitatem Dæmonum ad nocendum, ut magis ab hominibus abhorreantur, & fugiantur. Horribilis, & terribilis est: ex semetipso iudicium, & onus ejus egredietur, Habac. 1. num. 7. Secundò Caietan. Ideo in porcos Dæmones vexantes hominem misit Dominus ad submergendum statim porcos, ut pertinacia negantium, Dæmones vexare hominem, attribuendo vexationem ægritudini corporali, manifeste ex hoc facto convicta confutaretur; si quidem una ægritudo ita uniuersum gregem vexare non poterat, ut subito in mare omnia animalia submergerentur. Tertio. Hoc factum est, ut dixi superiori quæstione, in pœnam eorum, qui porcos alebant ad comedendum contra Dei legem. Alias rationes morales apponamus.

Habacuc. 1. Caietan. Miraculi evidentia.

Quartò iterum veniat D. Hieronymus supra datus hoc loco. Non quod concesserit Saluator, ait, Dæmonibus, quod petebant; dixit: Ite, sed ut per interfecionem porcorum hominibus salutis occasio præberetur. Valdè mirum, quod Christus non mandat, asinam ad se adduci, nisi prius habito verbo cum Domino suo, Luc. 19. n. 3. tamen permittit Dominus tam amplam porcorum gregem in mare submergi, & suffocari, nullo facto verbo cum dominis illius. Cujus rei optimam rationem insinuat citatus Hieronymus. Nam communi hominum saluti in tot animalium submergione attendebatur. Ut per interfecionem porcorum hominibus salutis occasio præberet. r; ut omnes ita Christi potentiam agnoscerent. At in asinæ adductione commoditati propriæ videbatur consultum, ut illà Dominus in civitatem asportaretur. Vbi ergo proprii levaminis spectabatur negotium, Christus omni se exhibet urbanitate lenis, expectatque domini beneplacitum. Vbi autem commune omnium commodum, ac salutis utilitas eminebat, despoticè, ac magno imperio agit: tali enim, non pro suo peculiari, sed pro communi omnium commodo Princeps utatur.

Non pro suo commodo, sed pro communi Princeps agat cum magno imperio.

Quintò D. Chrysologus sermone 17. sic ait: Demergi in mari, & fluctibus perire grex maluit, quam eius immunditiam pati, & putredinem tolera. Ingrediantur Dæmones in illa animalia. Et quodam naturali imperio rotus grex corruit in mare, eligens potius grex ille perire, & suffocari in aquis, quam Dæmonum in se fœtorem, immunditiam, & turpitudinem ferre, ac sustinere. Sed proh dolor! homines ratione præditi suis peccatis se tradi non dubitant, ut Dæmonum mancipia fiant.

77. Chrysol.

Potius eligenda mors, quam Dæmonis iugum.

Sextò, Euthymius. Ingrediantur autem, ait, 78. Dæmones porcos, eos videlicet, qui irrationabiliter conversantur, & in cæno voluptatum voluntantur, ac illos in perditionem præcipitant. Sunt Dæmones in hominibus per multa tempora, ut de uno ex his dæmoniacis exprimit D. Lucas cap. 8. n. 27. & quamvis eos maxime vexent; eos tamen non interimunt: at ubi ingrediuntur porcos, statim eos dant in præcipitium. In his animalibus adumbrantur delictiosi, ac turpiter luxuriantes, vitiiis, ac voluptatibus dediti, & de res habes ex horum consortio Diabolus maxime vires acquirat ad perendum, destruendumque eos, qui in ipsa vitiorum voragine inveniuntur. Vel. cum porci sint maxime luxuriantes, in eis lascivi ac voluptuosi exprimuntur, qui semper jactantur sunt propinqui; & ita à Domino perditioni traduntur.

Dæmon vitiorum consortio Diabolus maxime vires acquirat ad perendum, destruendumque eos, qui in ipsa vitiorum voragine inveniuntur. Vel. cum porci sint maxime luxuriantes, in eis lascivi ac voluptuosi exprimuntur, qui semper jactantur sunt propinqui; & ita à Domino perditioni traduntur.

Septimò D. Ambrosius lib. 1. in Hexaëmeron, c. 8. Porci, ait, se in stagnum aquarum præcipitant, ut quod recusabant Dæmonia, non evaderent, sed digno præcipitio demergerentur. Dum adhuc in hominibus obsessis essent Dæmonia, aut quam Dominum precabantur, ne eos in abyssum mitteret: modò tamen ipsi se dant in aquarum abyssum; in pœnam enim, quam fugere optabant, suæ malitiæ pondere irruunt: ac præcipitantur: atque in abyssum, in quam detrudere homines volebant, justo Dei iudicio cadunt, & corruunt.

Peccator in pœnam incidit, qui quam Dominum precabantur, ne eos in abyssum mitteret: modò tamen ipsi se dant in aquarum abyssum; in pœnam enim, quam fugere optabant, suæ malitiæ pondere irruunt: ac præcipitantur: atque in abyssum, in quam detrudere homines volebant, justo Dei iudicio cadunt, & corruunt.

Goliath suo gladio, armabatur, 1. Regum 17. 80. num. 10. ad se tuendum, & persequendum populum Dei. Aliter factum est; nam ipsemet gladio in eum versus est, & illo à Davide est jugulatus, ut rectè ponderat D. Augustinus serm. 197. de tempore. Quod, ait, David non habens gladium ascendit super Goliath, & suo eum proprio interfecit gladio? designatum, quod in adventu Christi suo gladio Diabolus victus est, qui per nequitiam suam, & iniustam persecutionem, quam exercuit in Christum, omnium in eum credentium perdidit principatum.

Peccator suo gladio interfecit.

Matth. 8. n. 33. Pastores autem fugerunt & venientes in civitatem, nuntiaverunt omnia, & de his, qui Dæmonia habuerunt.

Ibid. num. 34. Et ecce tota civitas exiit obviam Jesu: & viso eo, rogabant, ut transiret à finibus eorum.

VERSIONES.

Syracus. Illi autem, qui pastores agebant fugientes, sese receperunt in urbem, ac renuntiaverunt, quicquid acciderat, deque ipsis dæmoniacis.

Vatablus. Porrò, qui pascebant, auferunt, & profecti in civitatem.

Eusby

Euthymius. Digressi in civitatem. Exiit itaque tota civitas in occursum leschua: quumque adspexisset eum; perierunt ab eo, ut ex finibus eorum excederet.

Syracus n. 34.

EXPOSITIO.



ASTORES, seu pascentes gregem, cum vidissent, ut exprimit D. Lucas, quod factum fuerat, fugerunt, partim territi spectaculo, ne ipsi etiam pariter à Dæmonibus perimantur: prudentia est, in alieno periculo proprium timere: partim etiam fugerunt, ut noletant Toletus, Franciscus Lucas, ut rem totam dæmonis porcorum nuntiarent, ut ita fieret evidens, quod ipsis non erat imputandum damnum, quod acciderat. In civitatem nuntiaverunt omnia, scribit Mattheus, Marcus vòrd ait, In civitatem, & agros, Lucas sic refert: In civitatem, & villas. Per hæc omnia pastores divulgabant porcorum perditionem, & à Dæmonibus hominis liberationem per Christum factam. Ita narrabant admiratione ducti, timore agitati, vel quia etiam tam ampli gregis multi erant domini, quidam in civitate, alij in villis, & agris. Et ita Christi miraculum longè latèque per omnium ora divulgatum est.

81. Prudentia in alieno periculo proprium timere.

ALTER TEXTUS.

Marc. 5. n. 14. Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nuntiaverunt in civitatem, & in agros, & egressi sunt videre, quid esset factum.

Ibid. num. 15. Et veniunt ad Jesum: & vident illum, qui à Dæmonio vexabatur, sedentem, vestitum, & sanæ mentis, & timuerunt.

Ibid. num. 16. Et narraverunt illis, qui viderant, qualiter factum esset ei, qui Dæmonium habuerat, & de porcis.

Ibid. num. 17. Et rogare cœperunt, ut discederet de finibus eorum.

Lucæ 8. n. 14. Quod ut viderunt factum, qui pascebant, fugerunt, & nuntiaverunt in civitatem, & in villas.

Ibid. num. 35. Exierunt autem videre, quod factum est, & venerunt ad Jesum, & invenerunt hominem sedentem, à quo Dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente, ad pedes ejus; & timuerunt.

Ibid. num. 36. Nuntiaverunt illis, & qui viderunt, & quomodo sanus factus esset à legione.

Ibid. num. 37. Et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur.

82. Mattheus scribit: Ecce tota civitas, Marcus autem, & Lucas: Et veniunt, scilicet tam de civitate, quam de agris, & villis. Et ut Marcus, & Lucas scribunt de uno dæmoniacò ex istis, inveniunt hominem, sedentem, sævitia deposita, jam sana, & quietà mente, ut jam ad eum omnes possent accedere, absque vlla offensione cum eo tractare: & jam vestes non dilacerabat, ut antea solebat. Et erat ad pedes ejus, præ humilitate, ac reverentia, & ut beneficio gratos suum liberatorem omnibus indicaret. Ait D. Mattheus, quod tota civitas exiit obviam Jesu. Per hoc videtur Evangelista denotare, quod Dominus jam ibat per viam, quæ ducebat in civitatem. Rogabant, ut transiret à finibus eorum. Et rationem explicat D. Lucas, Quia timore magno tenebantur, ne ex ejus præsentia aliud simile, aut gravius malum paterentur.

Legimus sensus.

QUESTIO XIV.

Quare Geraseni rogabant Dominum, ut discederet à finibus eorum?

AUSAM hujus petitionis, ac rogationis, D. Chrysostomus homil. 29. in Matth. tribuit ingratitudini. Unde sic ait: Clementiam Christi considerava, nam cum à regione sua, qui hæc macula viderent, cum ingrati abigerent, non repugnavit; sed cessit. Ex quibus patet, D. Chrysostomum Gerasenorum ingratitudini tribuere hujusmodi preces. Tamen D. Lucas has obsecrationes expresse adscribit timori, ait enim: Rogaverunt illum, quia magno timore tenebantur. Ex quo D. Hieronymus 8. Matth. hoc loco ad humilitatem Gerasenorum hoc refert, & sic ait: Quod rogant, ut transent à finibus eorum, non de superbia hoc faciunt, ut nonnulli arbitrantur, sed de humilitate, quia se præsentia Domini indignos judicabant, sicut Petrus in captura piscium cadens ad genua Salvatoris ait: Exi à me Domine, quia vir peccator sum. In eadem sententia sunt D. Paschasius lib. 5. in Matth. Albert. Magni, D. Bonavent. & alij.

83. Chrysol.

Ingrati dæmoniaci.

84. Hieron.

Paschas. Albert. Mag. Bonavent.



Ob humili- tatem se re- putant indi- gnus prae- sentia Christi. Euthym.

Theophyl. D. Thom. Abulen.

Ob timorem temporarium nolunt Do- minum reci- pere.

86.

Luc. 5. Maxime ar- guendi, qui ob tempora- lia relin- quunt spiri- tualia. Caictan.

Devote prius obviam exierunt isti: ac reveren- tia, & stupore divinae majestatis se indignos Do- mini praesentia judicantes: nam ex collatione cum eorum vicio sitate, ac vilitate maxime ho- mines illi, periculum sibi metuant.

Mihi tamen maxime literalis videtur sen- tentia Euthymij, qui ait: Rogabant, ut discederet a sinibus eorum, dolentes de perditione porcorum, ac etiam territi, ut ait Lucas, timebant enim, ne mali quidpiam ejseti Demones etiam in ipsis per- petrarent. Idem docent Theophylactus, D. Tho- mas, Abulensis in cap. 8. quest. 144. D. Lucas ex- pressit ait, quod rogabant eum, ut discederet, quia

timore magno tenebantur: qui timor in eis ortus est ex porcorum perditione facta a Daemonibus, per Christum expulsis. Timebant ergo isti ali- quam jacturam sibi a Christo inferendam, si ibi permansisset. Et cum eum vi expellere non aude- rent, ad preces confugiunt, rogando, ut discedat.

Vnde horum hominum rogationes, timori vitioso & reprehensibili sunt referenda. Et ob hanc causam Dominus ab eis discessit. Aliter factum est cum Petro, qui ex humilitate, reveren- tia, ac propria vilitatis cognitione se Domini praesentia judicabat indignum: Dominus enim ab eo non recedit, sed magnum ei concessit praemium: Ex hoc jam homines eris capiens, Luc. 5. num. 8. Ex quo Geraseni isti maxime arguendi, tum quia temporalia spiritualibus praetulerunt: tum quia potius, sperare bonum, quam malum timere debebant, ut recte hic ponderat Cajeta- nus. Salutem hominum liberatorum a Daemonis, & perditionem porcorum videntes, magis timuerunt augmentum damni rerum temporalium, quam con- cupierint augmentum salutis spiritualis. Salus ho- minum admirationem civitatis generavit: dam- num porcorum timorem majoris damni in ea ex- citavit: & sic timore aucti rogaverunt, ut discede- ret ab eis. Vide supra c. 24. n. 78. 79. 80.

QUESTIO XV.

Quare Dominus a Gerasenis discesserit?

87.

Euthym. Ambros.

GERASENORVM precibus avertit Do- minus, & ab illis discessit, ut notant D. Marcus, & Lucas. Hujus rei ratio- nem inquirimus. Ad quod primum respondet Euthym. eorum indignitati hoc adscribens sic ait paravit Christus, quia digni non erant ejus doctri- nae. D. Ambros. hoc eorum infirmitati tribuit lib. 6. in Luc. Infirma mens, ait, non capit Dei ver- bum, nec potest pondus sapientiae, fatiscit, & solvitur: & ideo molestus non fuit, sed recessit, & regressus est. Sed utraque haec ratio non vide- tur multum efficax. Quia Christus Dominus in Iudaea, ac Galilea apud multos mansit, qui indig- ni, ac infirmi erant: sic multas parabolas praed- icavit, quae ipsi non intellexerunt, Luc. 8. n. 10. & 18. n. 34. sic & audita concione de sua carne, & sanguine in cibum, & potum dandis, durum sermonem dixerunt, Joan. 6. num. 61.

88.

Germana in- telligenti. Ambros.

Germanam sententiam mihi videtur tradi a D. Ambrosio citato loco, ad illa verba: Qui pasce- bant, fugerunt: sic ait S. Ambrosius. Christus cura- re non dignatur invidios, & cito infirmos deserit. Non vult Dominus violentum, & coactum ob-

sequium; sed voluntarium, ac spontaneum. Ergo cum illi homines adverso animo se exhiberent erga Christum, ipsumque ad se recipere nol- lent, atque admittere recusarent, ab eis disces- sit Dominus, qui omnibus erat suavis, ali- quis gravis esse noluit, atque molestus. Quod notat D. Bonaventura in praesenti ad cap. 8. Luc. Et sic ait: Nolebat Dominus aliquibus esse onerofus. Vnde per Matth. 10. n. 10. dicit: Quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris.

Christus vo- luntarium obsequium quaerit. Chri- stus nemini onerosus esse voluit. Bonavent. Matth. 10.



CAP. XXVI.

Oblatus Paralyticus medetur Capharnaum.

Matth. 9. n. 1. Et ascendens in navicu- lam transfretavit, & ve- nit in civitatem suam.

VERSIONES.

Syriacus. Et conscendit navem, trajecitque, & venit. Theophylactus. Et ingressus navem tra- jecit, ac venit. Pagninus. Et ascendit navim.

ALTER TEXTUS.

Marc. 2. n. 1. Et iterum intravit Ca- pharnaum post dies.

EXPOSITIO.

ROGAVERUNT Geraseni, ut Domi- nus a sinibus eorum discederet, ut superiori cap. vidimus. Ipse autem nolens eis resistere, cum indigni essent Christum apud se habere, concessit, & ascendit in naviculam, & venit Ca- pharnaum, ut ait Albertus Magnus. Quamvis non rogatus, diligens tamen nostram salutem, venit Capharnaum, ut ibi multa bona circa nos operaretur, quosdam sanando, alios vocando, eisque peccata remittendo. Et quod iste sit con- textus, ac historiae Evangelicae series, recte pro- bant D. August. lib. de consensu Evang. cap. 25. Abulensis 9. Matth. quest. 1. Iansen. Salmeiron. tom. 6. tract. 14. Beaulxames, Barradas, & alij. Qui bene observant, quod Marcus, & Lucas hac in re ordinem temporis non sunt secuti, quem tenuit D. Matthaeus. Nam post hoc miraculum, statim conjungit vocationem Matthaei: Cum transfret inde Jesus; & post convivium exorta est discipulorum Joannis questio: Quare nos, & Pharisei jejunamus? Et statim subdit Divus Matthaeus: Haec illo loquente ad eos, ecce princeps minus accessit, qui est Archifsynagogus.

Albert. Mag. Christus no- stra salutis quaerebat oc- casiones.

August. Abulen. Iansen. Salmeiron. Beaulxalm. Barradas.

Quae

Cap. XXVI. Oblatus Paralyt. medetur. 571

Quae omnia suam habent connexionem in Matthaei textu.

2. Expositio literalis textus.

Salmeiron.

Tempori, ac loco accom- modandum.

Ascendens in naviculam, id est ingressus in navim, seu conscensa navis. Et quia lacus ille ena- vigandus parvus erat, non magnas patiebatur naves, ideoque dicitur naviculam ascendisse. Et in Joanne, ubi fit mentio navis, semper, ut adver- tit Salmeiron, Graece navicula apponitur. Et no- tandum, quod tam magnus, & potens Dominus, parvam, & humilem naviculam ingreditur, quia lacus parvus, & humilis erat; non tam attendens ad suam potestatem, quam loco, & tempori se accommodans, ac cedens. Transfretavit, hoc est, de ripa in ripam transiit, seu transmigravit. Et venit in civitatem, nempe Capharnaum, ut latius explicabo quest. sequenti.

QUESTIO I.

Quae sit ista civitas? Et quare dicatur Civitas Christi?

UENAM ista sit civitas, quae sua dicitur, maxime dubitator. Sed illic Bethleem exi- nit, in qua natus fuerat. D. Hieronymus vero hic in Commentario Matth. Drathmarus, Abu- lensis quest. 2. Nazareth intelligunt, in qua edu- catus fuerat Dominus. D. Augustinus vero lib. 2. de consensu Evang. cap. 25. Galitaeam provinciam interpretatur: nam in Galilea erat civitas Na- zareth. Melius tamen D. Chrysostomus, homil. 30. Euthymius, Theophylactus, Zacharias Episcopus, Albertus Magnus, D. Thomas, Hugo, & alij com- muniter Capharnaum accipiunt, in qua fre- quenter habitabat, ut notat D. Matthaeus 4. n. 13. Relicta Nazareth, venit, & habitavit in Capharnaum natus est. Et hoc miraculum factum fuisse in Capharnaum, aperte patet ex D. Marco. Et ita Christus Dominus sua praesentia, non unam ci- vitatem, sed plures decoravit, Bethleem nati- vitate, Nazareth educatione, Aegyptum fuga, Cana Galitaeae suo convivio. Jerusalem passione, Capharnaum insignivit sua habitatione, praedi- catione, ac miraculorum operatione.

3. Sedulius. Hieron. Drathmar. Abulen. August.

Chrysof. Euthym. Theoph. Zach. Episc. Albert. Mag. S. Thom. Hugo. Matth. 4.

Christus no- bilitate om- nes.

4.

Chrysof. Theoph. Euseb. Gall. Beda. Strabus. Hugo. Lyran. August.

Quantum ad secundum: Cur Capharnaum di- catur civitas sua? jam patet ex dictis quia eam elegit in sui habitationem, ut apparet ex citato Matthaei loco, & docent citati Chrysostomus, Theophylactus, Eusebius Gallicanus Domin. 19. Secundo Beda, Strabus, Hugo, Lyranus etiam cum D. Augustino citato, docent, ideo Capharnaum vocari civitatem suam, quia Galitaea Metropolis erat, cui subiecta erat Nazareth Christi civitas: sicut Romanus appellatur, non solum qui in ipsa Roma, sed & qui in oppidis, quae sub ejus jurisdictione sunt aut habitat, aut natus est.

5.

Zach. Episc. Beneficis lo- ca, & magna comparantur.

Tertio Zacharias Episcopus Commentar. in Evangelistas lib. 2. cap. 5. sic ait: Nunc ergo quas dubitat, Capharnaum fuisse civitatem Domini, quam non nascendo, sed miraculis illustrando, sua fecerat. In nulla civitate tot miracula, & mirabi- lia operatus est Dominus, ut in Capharnaum, & ideo peculiariter haec dicitur civitas sua, quia tantis donis, ac beneficiis eam sibi comparavit, ac coemit. Ait Dominus Salomoni de monte sancto, in quo erat constitutum templum Do-

mini: Elegi locum istum mihi in domum; Para- lipom. 7. num. 13. Iuxta traditionem Rabbino- rum, locus ille erat, in quo Deus apparuit Abra- hamo, quod obtulit Isaac in sacrificium, ubi promissionem de Christo, ac ingenti genera- tione accepit; ibique Jacob vidit scalam: ac proinde tot, tantisque beneficiis, locum illum sibi Dominus adiecit, & comparavit. Cecinit Debora in suo Cantico de campo victoriae a se consecrata: Vbi colli sum curvus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrantur justitia Do- mini, Judic. 5. nom. 11. Locus, in quo adverla- riorum exercitus devallatus est, ibi insigniter mandat decantari laudes, tam illustri enim vi- ctoria peculiariter erat locus ille Domino con- secratus.

Quarto. Peculiariter Capharnaum dicitur ci- vitas ejus; plura enim eam faciebat, siquidem longa praedicatione, ac magnis signis, & mira- culis eam sibi comparavit: quod enim multo la- bore sterit, in magna aestimatione habetur. Qua- rit anima sancta dilectum suum, & incidit in cu- stodes civitatis, a quibus tunc benignè excep- ta est, Cantic. 3. num. 3. ut jam supra expendi. Iterum secundo quaerit dilectum, & ait: Invenierunt me custodes, qui circumveniunt civitatem: percussere me, vulneraverunt me: tulerunt pallium mihi cus- todes murorum, Cantic. 5. num. 7. Et statim subdit: Si inveneritis dilectum, dicite ei, quia amore lan- guet, hoc est, pra amore defecio. Imo si recte ex- pendas, verba profert, minimum amorem, aestima- tionem, ac pretium erga sponsum denotantia, ita ut similia in toto Cantico libro non in- venias, ait enim: Caput ejus aurum opus non: oculi ejus sicut columbae: gena illius sicut aureola a roma- rino: labia sicut lilia manus ejus tornatiles, aurum plena hyacinthis: venter ejus iburnens. Et tandem ait: Totus desiderabilis est. Cur ergo modò tanta & tam praecara de Sponso suo verba habet? Cur super omnia eum laudibus extollit? Cur non ita de eo locuta est, quando prima vice ipsi quaesivit: sed in hac secunda, quando vulnerata est, percussa, pallioque spoliata? Tunc in amore in Sponsum, atque affectu vulnerata, ac percus- siones accepit; & ex eo ipso sanguine effusa di- lecti aestimatio super omnia effusa est; & in illa pla- ga affectum non minuerunt, sed potius con- siderationem tanti dilecti, ac Regis maxime au- xerunt: Iustus Orgelitanus ad curata verba, post- quam considerat Sponsi vulnera, sic ait: Cum haec omnia persecutores agerent, tunc quodammodo Sponsa Christi, id est, Ecclesia, quasi quoddam pallium abstulerunt. Adjuro vos, si a Ierusalem. Ut infirmem Ecclesiam in his peste aonibus con- stitutam, ineffabili circa Deum dilectione fruente- rem; nec tantis, & tam horrendis angustiis ullo modo frigescentem.

Paral. 7.

Judic. 4.

Id quod ma- gno labore stetit in ma- xima aesti- matione.

Cant. 5.

Ex magna pressura ma- gna res sa- lutaris esti- matio.

Orgelit.

7.

Apoc. 4.

Apoc. 5.